



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

51. Petrus confessionem fecit in die Nativitatis Domini, sed postea in
multa peccata incidens, tempore Quadragesimæ, scelera illa Confessario
non exposuit; quæritur, an illa prima confessione ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

nunt esse reservata, atque adeò iterum ab illis poterit absolviri. Si verò per novam confessionem, & independentem ab alia intelligent adversarij confessionem ita novam, & independentem, ut nec expetsè, nec virtualiter pertinuerit, aut debuerit pertinere ad partem materię præcedentis confessionis fallum est; quod ea sit omnino nova confessio; est enim quasi appendix præcedentis confessionis, in cuius partem intrat etiam haec confessio, si memoria occurserit illa peccata, & absolutione non minus directè fuisse illorum, quam aliorum, sicut absolutio tempore Jubilej facta; ergo eodem modo censeri possunt peccata illa oblitia capacia absolutionis ab eodem Sacerdote; qui prius audivit. Hæc omnia Dicat illius satis quidem probabiliter.

RESOL. L.

An quis satisfaciat præcepto Ecclesiæ cum confesione voluntariè nulla, quia sine dolore, proposito, &c?

Et notatur, quod talis invalide absolutionis licet non satisfaciat præcepto Ecclesiæ, tamen liberatur à reservatione, si Confessarius potestatem habeat ab his absolvere.

Et an per dictam confessionem possit vitare penam excommunicationis in Constitutionibus Episcopaliibus imponit?

Et an pueri statim post usum rationis incurvant dictam excommunicationem, vel necesse est, ut quatuordecim annos habeant ad incurvendam excommunicationem? Et ita pueri excusatnr à censura ferenda à judice, non tamen à censura Canonis? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 119, alias 120.

*N*egativam sententiam docent Nugnus tom. 3. tr. i. Rel. 29. à § Faber de punit. in 4. sen. dist. 17. q. unic. diff. 40. c. 3. Ex hac. n. 55. Suarez in 3. p. tom. 4. diff. 36. scđ. 7. n. 3. Coninch. de Sacram. diff. 5. dub. 9. Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 5. n. 10. Sotus in 4. diff. 18. art. 3. Medina in Iusam. lib. 1. c. 14. § 41. Navarus c. 10. n. 4. Camitolus in resp. anor. lib. 1. q. 19. Filliuc. tom. 1. tr. 67. c. 13. n. 64. Sylvius in 3. p. q. 6. art. 5. quart. 1. Emanuel Sa ver. Confessio, n. 1. & alij. Et ratio est, quia non aliam confessionem præcipit Ecclesiæ, quam Deus. Sed præcepto divino quis non satisfacit, nisi per suscepionem Sacramenti. Ergo nec Ecclesiastico. Unde si nulla fit confessio etiam ex parte Sacerdotis, etiam tenebitur penitentia iterum confiteri, quia præcepto Ecclesiastico non satisfici, ut notat Sylvius, & Filliulus ubi supra. Hæc opinio est probabilior.

2. Sed contrariam etiam probabilem existimo cum Fagundez præc. 2. lib. 1. c. 4. in fine, quam docent Paludan, in 4. diff. 17. q. 7. Gabriel ibidem, q. 1. art. 3. dub. ult. Victoria in Iusam. q. 163. Alensis p. 4. q. 77. n. 5. art. 7. Sylvest. ver. Confessio. 4. n. 3. in fine, & alij; quia Ecclesiæ solum extermum confessionis actum præcipere potest, de occulto autem defectu non judicat. Adde, quod remissio peccatorum, cum sit finis præcepti, non cadit sub præcepto. Vide etiam Pitigian. in 4. tom. 2. diff. 17. q. unic. art. 7.

Sup. hoc in frā in tr. 5. 3. Notandum est tamen, quod talis invalidé absolvitus, licet stando in prima opinione non satisfaciat præcepto Ecclesiæ, tamen liberatur à reservatione peccatorum, si Confessarius potestatem cunctarū pot. habeat ab iis absolvendi. Et ita docent Coninch,

de Sacram. disput. 8. dub. 12. num. 91. Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 6. c. 5. n. 11. & alij penes ipsos, & ego ipse alibi.

4. Notandum secundò, quod Henriquez lib. 4. c. 4. §. 1. licet doceat per confessionem invalidam ex culpa pœnitentis, humanum præceptum annua confessionis non impleri; tamen putat per eam confessionem vitari pœnam excommunicationis in constitutionibus Episcopaliibus impositam contra tale præceptum transgredientes; verum hæc sententiam non admittit Fagundez num. 12. sed probabiliter illam esse docet Eman. Sà ver. Confessio. 1.

5. Sed quidquid sit de hoc, ego puto pueros ante quatuordecimum annum non incurrire supradictam excommunicationem, licet per confessionem invalidam non satisfaciant Ecclesiastico præcepto de annua confessione, quia tales pueri exculantur à censura ferenda à judice, non tamen à censura Canonis, quod est valde notandum. Et ita docent Filliulus tom. 1. tract. 7. cap. 3. n. 72. & Nugnus in addit. ad 3. part. quæf. 6. art. 5. dub. 1. ubi licet ait: Videtur mihi satis probabile, pueros ante annos pubertatis non ligari excommunicatione, vel alii pœnis Ecclesiastico, unde quando in aliqua Parochia in comuni excommunicantur, qui non sunt confessi, non comprehenduntur pueri, ut suprà. Ita ille.

RESOL. LI.

Petrus confessionem fecit in die Nativitatis Domini, sed postea in multa peccata incidunt, tempore Quadragesima sceleris illa Confessio non expulsit; queritur, an illa prima confessione satificerit præcepto Ecclesiæ annua confessionis?

Quod est querere, an fidèles satisfaciant præcepto confessionis quocunque anno tempore confitendo, vel teneantur confiteri tempore Quadragesima?

Et quid est dicendum, si post confessionem peccavit mortaliter, & suscepimus est Eucharistiam in Paschate, aut si mortis articulus superveniat? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 54.

§. 1. *N*oster P.D. Marcellus Megalla in 1. pert. lib. 5. c. 3. n. 3. secundum jus commune assertit sufficere hoc præceptum adimpleri quocunque anni tempore, quia in cap. omnis, ex quo jure habemus præceptum annua confessionis, solummodo præcipitur, ut fiat semel in anno. Ergo sufficit, ut quocumque anni tempore fiat. Verum quia consuetudo universalis Ecclesiæ, quæ facit jus commune, ut habetur in Clem. fin. de atar. & qualit. jam obtinuit, ut adimplatur tempore Quadragesima; ergo servanda est, ut in l. minime, ff. de legibus, quam consuetudinem cum probaverit Concil. Trident. sess. 14. c. 5. in fine, inde fit, ut hodie uniusquisque dicto tempore Quadragesima confitenti teneatur, & hanc opinionem expresse docet Medina Cod. de punit. q. 18. de confessione semel in anno facienda. Hæc Megala.

2. Sed pace doctissimi viri, contrariam sententiam probabiliorum, & veriore esse astro cum Valquez in 3. p. tom. 4. q. 90. art. 3. dub. 1. Sylvio in addit. ad 3. p. q. 6. art. 5. dub. 3. n. 9. & Nugno in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 6. art. 5. diff. 4. f. mibi 250. qui ad argumenta oppositæ sententie respondent distinguendo; assertunt enim quod quando consuetudo est universalis, & intelligunt homines se obligari.

obligari ad talēm actūm ratione sui, & non ex ali-
quo accidenti, habet in hoc casu consuetudo illa
qui præcepti. Quando verò consuetudo non est
vīm præcepti. Quia universalis, & ex alia parte non censentur ho-
mines se obligari ad talēm actūm secundum se,
sed ex aliquo accidenti, non habet talis consuetu-
do vīm præcepti illum actūm secundum se con-
sideratum, & ita contingit in nostro casu; solum
enim intelligent homines se obligari ad confes-
sionem Paschatis propter communionem. Ita il-
la consuetudo fuit introducta, ut homines pra-
pararentur ad communionem, ad quam tempore
Paschae tenentur, ita ut etiam simul implerent præ-
ceptum confessionis; non verò introducta fuit
hac consuetudo pro præcepto confessionis secun-
dum se.

3. Ad authoritatem Tridentini patet responsio
ex dictis; nam in illis verbis Concilij, tantum in
fensi supradicto approbat illa consuetudo con-
fessionis, & ibi Concilium tantum voluit signifi-
care contra Hæreticos, retinendum esse morem
illum confitendi: sed quod secundum se ratione
confessionis eo tempore obligaret: & ita retine-
re, non curavit: unde quando dixit Concilium,
quem morem, &c. ad illud refutavit, quod dixerat ob-
servari morem in Ecclesia confitendi, de quo erat
institutum. Hec Nuncios, & Vasquez.

4. Dicendum est igitur absolute, si quis confes-
sionem fecit intra annum, non teneri postea in
Quadragesima confiteri; cum jam adimpleverit
præceptum anni confessionis. Ita Sotus in 4.
disp. 28. q. 1. art. 4. Canus in relēct. de pœnit. p. 5.
Valentia tom. 4. disp. 7. q. 9. punt. 4. Reginald. in
praxi tom. 1. lib. 6. cap. 2. n. 33. Molcet. in summa
tom. 1. tr. 7. c. 10. n. 23. Azor. p. 1. lib. 2. c. 38. q. 7.
Suarez in 3. p. 1. 4. disp. 36. sect. 3. n. 4. Henriquez
lib. 4. de Sacram. c. 4. n. 7. Coninch. de Sacrament.
disp. 5. dub. 7. n. 58. Victoria in summa. q. 1. 37. Ze-
rola in praxi pœnit. c. 10. q. 9. & alij DD. commu-
niter. Fieri tamen potest, ut alio titulo teneatur
confiteri, ut si post confessionem peccavit mortaliter,
& suscepturus est Eucharistiam in Paschate;
aut si mortis articulus superveniat; in his enim ca-
sibus tenetur denuo confiteri.

RESOL. LII.

*An si quis, v.g. in Nativitate confessus est, teneatur in
postea confiteri, si sequenti Paschate à communio-
ne accipienda impediatur?*

*Et ar ex justa causa usque ad Pentecosten confessio-
nem, & communionem differre possit? Ex part. 3.
tr. 4. Ref. 81.*

§. 1. Pro affirmativa sententia Layman ubi in-
fra citat Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 36.
sect. 3. sed immitterit, & Petrum Sotum sect. 5. de
necessitate confessionis, & idem tenet Pater Magala
in p. 1. lib. 5. cap. 3. n. 3.

2. Sed contraria sententiam prorsus sustinendam esse puto, quam ego ipse docui adversus Me-
galam in ref. 54. tr. 3. miscellan. ubi plures DD.
adduxerunt hanc sententiam tenentes, quibus nunc ad-
do Emanueli Saver. Confessio; n. 4. & Layman
in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. m. 10. quia Concilium
Lateranense in cap. omnis utriusque sexus, non ita
statuit de confessione, ac de communione. Nam di-
cit, ut fidèles omnia sua peccata saltēm semel in
anno confiteantur, & communionem saltēm in
Paschate accipiant. Ergo non ita pro confessione
Tom. I.

sicuti pro communione tempus Paschale assignavit,

3. Ex his optimè infert Layman, quod infirmi
in lecto defixi, qui communionem in Paschate
pro tali impedimento suscipere non possunt, non
iunt compellendi ad confitendum, si intra anni de-
cursum legitime confessi sunt. Imò addit, & si ali-
quis toto anno nunquam confessus fuisset, & com-
munionem ad breve tempus ex causa justa usque
ad Pentecosten differre statueret, probabile est, gra-
tientur non peccatum, etiā etiam confessionem
differret, si putaret postea eam commodius pera-
eturum esse.

4. Dicendum est igitur absolute, ut ego ex plu-
ribus Doctribus in dicta resol. firmavi, si quis
confessionem fecit intra annum, non teneri po-
stea in Paschate confiteri, quia jam adimplevit
præceptum anni confessionis, nisi de novo pec-
caverit mortaliter, & factam communionem ac-
cipere velit.

<sup>Sup. hoc in
Resol. not.
præterita
cunctum in fi-
ne, & in Re-
sol. 2. §. Sed
ego in fine.</sup>

RESOL. LIII.

*An qui intra annum confessus est, teneatur in
Quadragesima confiteri nova peccata morta-
lia?*

*Et in casu supradicto, an talis in anno sequenti te-
neatur confiteri illa peccata commissa post confes-
sionem anni præteriti, & cum tali confessione effe-
cta in anno sequenti satisfaciat etiam præcepto anni
sequentis?*

*Et an annus pro impletione dicti præcepiti compu-
tantus sit a Ianuario in Ianuarium: vel a Quar-
dragesima in Quadragesimam, vel a Paschate in
Paschate?*

*Et si quis v.g. in principio anni confessus est venia-
tia, & postea commisit mortalitas, an, inquam, te-
neatur ex præcepto anni confessionis confiteri in-
tra illum annum dicti a peccata mortalitate?*

*Et cursus notatur, quod qui anno præcedenti omisit
confessionem peccatorum mortalium, tenetur magis
probabiliter à principio anni sequentis ad con-
fessionem illorum? Ex part. 4. tract. 4. & Mūcell.
Resol. 206.*

§. 1. Ad hunc casum ita respondet Mercerus
de Sacrament. in 3. part. Divi Thomæ,
quæst. 6. art. 5. num. 3. Notandum esse probabili-
le illum, qui intra annum sepius confessus est, si
haberet in Quadragesima conscientiam novi pec-
cati mortalis, quod nunquam confessus esset, te-
nerti nihilominus ad confitendum illo anno pro
tempore Quadragesimæ, hoc enim videtur signifi-
care cap. omnis utriusque, cum præcipit confite-
ri semel in anno omnia peccata, scilicet morta-
lia, & quidem illa, ut appareat, quia eodem an-
no commisit: in isto autem casu talis non est con-
fessus omnia peccata mortalalia eo anno commissa,
ergo tenetur. Hoc tamen dico esse probabile, &
in praxi certum esse tutus, non tamen est plane
certum, responderi enim potest cap. non loqui de
omnibus peccatis, que committuntur usque ad finem anni,
sed de omnibus, que habemus quan-
do confitemur. Ita ille.

2. Sed ego * alibi negativam sententiam, quam * Alibi in
ipsem Mercerum probabile putat, absolute do- duabus Ref
cui, & nūc iterum dōceo cum Gaspare Hurtado de præcedenti-
bus. Sac. disp. 7. de pœnit. disp. 1. quia qui jam semel con-
fessus est omnia mortalitia, quorum tempore con-
fessionis habuit conscientiam, implevit præceptum

I. 2 annus

DITION
OPERA
OM. L. II
E. III